

Theses Juridicæ Miscellanæ

Basileæ: Typis Joh. Henrici Deckeri, [1731]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1032212772>


Druck Freier  Zugang





N. K. — 2 (44.)





Σ. Θ.
THESES JURIDICÆ
MISCELLANÆ,

QUAS
FAVENTE DEO TER OPT. MAX.
AUCTORITATE
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI
PRO
VACANTE CATHEDRA JURIDICA
PUBLICO CLARISSIMORUM COMPETITORUM
EXAMINI SUBJICIT

ANDREAS LINDERUS,

Jur. Utriusq. Doctor.

RESPONDENTE

FRATRE DILECTISSIMO

JOHANNES LINDERO, Philos. &
Artis Notariorum Cultore.

Ad D. 21. Maji MDCCXXXI.

H. L. Q. S.




BASILEÆ,
Typis JOH. HENRICI DECKERI, Academ. Typogr.

THESES JURIDICAE
MISCELLANEA.

AVVENTE DRO FER OPT. MAX.
AVOCORITATE
GAMPRASIMI SENATUS NORDMANNI
VACANTE CATHEDRA JURIDICA
MURICO GRASSIMORUM COMPETITORUM
TERRINI VUJICIT

ANDREAS FINDERUS.

REPO VDRATE
JOHANNES FINDERUS, PARS 3.
ALD. D. M. M. M. M. D. C. G. X. X. I.
H. L. Q. S.



AMSTELÆDAMI, Apud Typogr. H. L. Q. S.



THESES I.



Quod olim Pacemutus in Praefatione ad Tractatum suum de Jure Consulto perfecto, questus est, id etiamnum dolendum esse arbitror: Nimirum, nullam ferè Questionem, quæ vel tantillum dubii habeat, inveniri, quin utramque in Partem Auctores plurimos sortita esset, & in Legibus adducendis eam videri Inconstantiam & Temeritatem, etiam in primis ac præcipuis Dd. ut non modo alii aliorsum, sed iidem in diversa, & contraria, certè maximè dissimilia eandem Legem, obtorto quasi collo traherent. Quæ Contrarierates, Jurisprudentiam multis incertam, dubiam, imò & invisam reddiderunt, insuperque hominum Mentibus, falsum illud Præjudicium infixerunt, Juris nostri, neque Artem neque Scientiam ullam esse, sed universam Jurisprudentiam, & sententias Judicum, magis fortuità hominum Voluntate & volubili arbitrio, quam certà & solidà ratione niti. Sed confundunt hi malitiosam dissentiendi Pruriginem, Ostentationem ingenii, & interpretandi Methodum vitiosam quorundam Jctorum, cum Legislatoris intentione, cum verà & genuinà Legum Interpretatione, petitâ à Scopo Legislatoris & ipsius Legis ratione, quam sæpe Jcti ignorant, vel dequâ ex Principiis inadæquatis ratiocinantur. In his capitibus quippe hallucinari, est gravissimè contra Jurisprudentiæ Leges peccare. Nam etiamsi facile largiamur, in Arbitrio Legislatoris esse, determinare, quænam ex duabus vel pluribus Opinio:ibus prævalere, & pro Lege observari debeat? Tamen latâ semel Lege, & ratione, (ceu fundamento, quo nititur) positâ, seu Legislatoris Voluntate declaratâ, arbitrarium certè amplius non erit, neque Jcti, neque Jcto, à fine Legislatoris

litoris ultimo recedere, sed tenentur ejus voluntatem sequi, etiam si Lex dura esset; Quia, si præter vel contra finem Legislatoris, Applicatio Legis fieret, non posset non illa *injusta, aut contra ejus Jussum* esse.

Thes. II.

Ratione Legis & Scopo Legislatoris diligenter inspectis & facti Circumstantiis probè ponderatis, applicatio juris ad factum, tam difficilis jam non erit. Cùm autem *Jus in Circumstantiis situm esse, & vel minimam Circumstantiam Jus mutare dicatur*, arg. l. 1. §. 2. ad Leg. Aquil. l. 1. §. 3. ad Leg. Cornel. de sicariis, Videndum quænam sint illæ Circumstantiæ, seu Qualitates facti alicujus, Jus & sententiam Judicis diversam operantes? Et illæ, quæ Mente & ratione Legis non comprehenduntur, sed ab Intentione Legislatoris sunt alienæ; Ergo ubi non eadem est ratio, non idem quoque Jus erit observandum; Non eadem Lex, neque ejusdem Legis Dispositio ad factum ab Intentione & Voluntate Legislatoris alienum, erit applicanda.

Thes. III.

Exempla ex Jure Digest. & Cod. hac habeto. Ex l. 2. §. 3. l. 30. ff. ad S. C. de Vellej. constat; Mulierem callidè versantem, & dolosè decipere volentem Creditorem suum, Beneficio Vellejano non juvari; Ratio est, quia deceptis, non decipientibus Leges succurrunt, ne, si secus fiat, malitiis indulgeatur, & Injuria inde oriatur, unde Jus & Justitia exspectatur, neve quis dolo malo conditionem suam meliorem reddere, & cum damno alterius locupletari possit, per vulgat. Jam pone, quod mulier proprio nomine, juxta fidem veri, mutuam rogaverit pecuniam, fingens & simulans, se propriam in utilitatem illam esse versuram, quodque Creditor (ut dubitanter præsumens, aut non ignorans, annon ære alieno liberatura sit Maritum suum hæc Mulier?) ejus Præcibus & sincerationibus, ut ajunt, victus, fidem ipsi habens, mutuam dederit Pecuniam. Quod illà acceptâ Creditoribus Mariti satisfecerit, & Maritum liberaverit; Finge, tandem agere contra Debitricem, Creditorem, Mutui solutionem exigentem; Illam verò opponere obligationis nullitatem, pro Marito, & in rem Mariti

✿) 3 (✿

Mariti se obligando; Quæritur Quid Juris? R. Ex l. 13. C. ad Sena-
tûs Consult. Vellej. Beneficio locum non esse, sed Mulierem teneri.

Thes. IV.

Fac jam. Mulierem proprio quidem nomine & suâ fide,
mutuum contraxisse, Creditorem tamen omne Mentis Consilium
& firmum ejus Propositum Mariti debita solvendi, scivisse, &
illam tandem Beneficium Legis, Creditoris Actioni opponere,
Quæritur An & hæc Mulier teneatur solvere? R. Ex l. 28. S. 3. ff.
hoc Tit. Quod non. At cur tam variè? Quia Jus in Circumstan-
tiis situm, & aliud planè est: Creditorem obiter Mulieris Inten-
tionem quidem non ignorasse, aut de illâ dubitasse, sed Dolo &
Calliditate ejus in Opinionem sinceri mutui, inductum esse. Quæ
Calliditas Mulieri proficua esse non debet, sed porius Legis Be-
neficio ipsam indignam reddidit; l. 2. S. 3. l. 30. ff. l. 5. l. 18. C.
eod. Tit. Aliud itidem est, & contrarium meritò statuitur in po-
steriore Casu, quo Mulieris Intentionem certò sciens Creditor,
tamen ipsi mutuum dans Pecuniam in fraudem Legis cum illâ
collussisse, periculum controversæ solutionis spontè suscepisse,
Damnumque, quod suâ Culpâ sentit, jam non sentire censen-
dus erit.

Thes. V.

Aliud, Jure nostro Basil. N. O. D. Part. 2. Tit. 26. ex-
pressis verbis Contractus, Obligationes & Pacta, Mulieribus in-
nuptis, cujuscunque sint ætatis, Statûs aut Conditionis, citra Con-
sensum Curatorum, & in horum Absentiâ, ob periculum, quod
in Morâ esse posset, sine Præsci-entiâ proximè Conjunctorum, &
Assistentia honesti alicujus, haud suspecti, specialiter ad id requi-
siti, & talis Viri, cujus planè nullum in illo Negotio versatur in-
teresse, sunt interdicta, & sub Nullitatis Pœnâ prohibita, Ratio-
ne adjectâ, ne ob defectum maturæ & seriæ Deliberationis cir-
cumveniantur; Damit sie nicht etwann (uti sonant Verba) aus
Mangel guten Bedachts/möchten hintergangen werden. Cùm ita-
que Reip. interfit, Mulieres esse dotatas, nec non Statuti hujus
justissima Dispositio, & summi Nomothetæ finis ed tendat, ne ob
neglectam solidam Deliberationem, Rei familiaris damnum incur-
rant istæ Mulieres, & Vitam sibi, aliisque molestam agere co-
gantur;

gantur; Palam est, quod hoc Statutum, Contractus & Negotia illa tantum includat, quorum Executio, sive Consummatio inter Vivos facta, Mulieribus damnosa esse possunt, non vero ad illa Negotia sit extendendum, quæ demum post Mortem illarum exequenda sunt; Utpote quo Tempore, omne humanum Interesse, respectu defunctorum desiisse censetur.

Thes. VI.

Creditores Chirographarii Basileenses, Jus Prælationis sibi competere contendunt, contra alium Creditorem, forensem, eundemque Chirographarium, in cujus tamen Patriâ, seu Domicilii perpetui loco, Cives Basil. à Tempore immemoriali, citra ullam Indigenarum Præferentiam, æqualiter cum illis concurrunt in Graduatione Creditorum, & solutione accipiendâ. *Quæritur: Quid Juris?* Respondi & nuperrimè in foro defendi, nisi Possessionem aut Pignus Prætorium, vel hypothecam expressam, specialem, in Bonis Debitoris sui, nacti fuerint Creditores Basileenses, Prælatione eos contra forensem non gaudere, fides, sive eodem Tempore, sive diu post Debitori habita fuerit à forensi. Vid. *N. G. D.* pag. 48. *Class. 5.* in verbis: *Sollen zugleich und ohne Unterscheid der Zeit collocirt werden.*

Thes. VII.

Diversam esse rationem der *Ganth-Zedlen*/ seu Libellorum, quibus apud nos Dies subhastationis judicialis Bonorum Debitorum obæeratorum Creditoribus ad comparandum vel emendum indicitur; Et der *Auskünd-Zedlen*/ quibus Creditores Debitoris obæerati sub Pœnâ Præclusionis citantur, ut intra præfixum Terminum Creditum suum publicè denuncient. Et mihi olim visum fuit, eandemque Opinionem, (cùm sub Judice lis esset) defendi, aliis rationibus ad rem facientibus adjectis; Sed cùm Judicis sententia Opinioni meæ contraria fuerit lata, eademque per sententiam Judicis Superioris, ab Amplissimo nempe Senatu, in secunda Instantiâ confirmata, aliter jam sentiendum, dictasque Citationes, quoad effectum seu Pœnam Præclusionis, hodiè exæquatas esse, sequentes evincunt Rationes; 1^a. *Ratio*, quia à Summo Nomenclatorum, thetâ,

thetâ, Senatu Ducentumvirali, Potestas Statuta interpretandî Senatui hebdomadali amplissimo est demandata; Ergo Statutum declaratum à Competente. 2^a. Ratio, quia per unicum interpretationis Actum, vel unicam Observantiam interpretativam, Legislatoris Mens satis declaratur; Uti sentiunt *Bender de Revision. Conclus. 20. n. 65.* & *allegati alii à Besoldo, Part. 5. Consil. 213. nec non in ejusd. Thesauro practico Voce Usurpanz, und Herkommen 2c.* Ergo Statutum à Competente & quidem satis declaratum; Ut jam hoc jure utendum sit.

Thes. VIII.

Juramentum generale antierius semper obligat jurantem, nec prior tollitur Obligatio, nisi Authoritate Magistratûs interveniente, ab illo specialiter fuerit liberatus.

Thes. IX.

Vasallus Dominum in Adulterio cum Uxore suâ deprehensum occidit. Qu. An feudo privandus sit? R. Cùm cujus famæ multò magis Vitæ parcendum sit, l. 38. §. 9. ff. ad Leg. Jul. de Adulter. feudo privandum utique illum esse, nisi Mores regionis, aliud suadeant. Quicquid obloquatur *Ludwel. in Synopsi jur. feud. Cap. 16.*

Thes. X.

Quæritur: An solâ Humanitatis ratione inspectâ, justa sit Belli Causa, subditos alienos à Tyrannide liberandi? R. Distinguendum videri, inter hos subditos, qui Vi & Armis, in justo Bello fuerunt subjecti, & inter illos, qui spontè & propriæ Utilitatis causâ, certis cum Conditionibus (quas Capitulationes aut Leges fundamentales vocant) Superiorem aliquem elegerunt; Illis suadendum, ut patienter Calamitatem suam ferant, si Res, Victoris Voluntate, alio modo mutari nequeat; Hos verò resistere Tyranno, & salutis suæ armis quòque consulere posse, Auxiliumque ipsis ferentes Officium Humanitatis & Justitiæ facere, defendam.

Thes.

Thef. XI.

An Augustissimum Judicium Imperiale Aulicum, der Hoch-
Preißliche Kayserl. Reichs-Hof-Rath / quasi Argi loco ad invigi-
landum Justitiæ, Regalibus, &c. Imperii Romano - Germanici
positum, Jus & facultatem habeat, Causam in quâ gravissi-
mas ob Rationes, Judices Austregales, recusantur, vel aliàs Processus
Nullitas probatur, ab illis avocandi, ejus Cognitionem suscipiendi,
illâque cognitâ decidendi? Aff. Suffragante Dispositione in der
Reichs-Hof-Raths Ordnung / Tit. 2. In Unserem Reichs-
Hof-Rath sollen alle und jede Sachen ic. Und in Summa / was
nach der unfehlbahren Justitiâ ic. decidirt werden soll ic. und von
den ersten Instanzien / durch Mittel der Appellationen / Supplica-
tionen / *Dictionis Nullitatis, Implorationis Officii, &c.* Oder in
andere Weg sich dahin wenden ic. allda angenommen / gerechtfert-
iget / darüber erkent / und die Nothdurfft ausgefertiget werden.

Thef. XII.


Clausula Codicillaris Testamento adjecta valet, etiam si Te-
stator ipse de illâ non cogitaverit, sed à Notario tantum ad-
scripta fuerit.


Specimen Lætionis editum fuit ipsissimis
Calendis Maji;

De Pactis Amantium Juramento confirmatis.

F I N I S.







Thef. XI.

An Augustissimum Judicium Imperiale Aulicum, der Hoch-
 freyliche Kayserl. Reichs-Hof-Rath/ quasi Argi loco ad invigi-
 dum Justitiæ, Regalibus, &c. Imperii Romano - Germanici
 um, Jus & facultatem habeat. Causam in quâ gravissi-
 Rationes, Judices Austregales, recusantur, vel alias Processus
 probatur, ab illis avocandi, ejus Cognitionem suscipiendi,
 nita decidiendi? Aff. Suffragante Dispositione in der
 Hof-Raths Ordnung/ Tit. 2. In Unserem Reichs-
 en alle und jede Sachen 2c. Und in Summa / was
 bahren Justitz 2c. decidirt werden soll 2c. und von
 sien / durch Mittel der Appellationen/ Supplicatio-
 tionen, Nullitatis, Implorationis Officii, &c. Oder in
 anden / in wenden 2c. allda angenommen/ gerechtfert-
 tigt / und die Nothdurfft ausgefertiget werden.

Thef. XII.

Clausula Testamento adjecta valet, etiamsi Te-
 stator ipse de verit, sed à Notario tantum ad-
 scripta fuerit.

Specimen editum fuit ipsissimis
 De Pa... Juramento confirmatis.

F I

